

IN LIBRUM SECUNDUM

E P I T O M A.

DUcaria administratione in civitatem reducta, Theodatus Dux excecatus in exilium actus est: Eundem & Gallæ, qui ei successit, Ducatus habuit exitum: Mauricius Dux novo exemplo Joannem filium sibi collegam in Principatu cooptavit: Unde inter Mauricium & Fortunatum Gradensem Antistitem orta sit discordia: Variæ de bello a Gallis Pipini ductu Venetis illato opiniones: Brevis urbici situs descriptio: Pipinus omnia præter Rivumaltum Venetis ademittit: Veneti navali prælio Pipinum inter urbem & Medoacum vicerunt: Venetorum successum ac Romanorum in Gallicis bellis comparatio: Veneti cum Pipino, incolumi libertate, debellarunt: Heracliam Particiatius Dux instauravit: Ducarii ac fori descriptio: Aliquot sacræ ædes in urbe erectæ: Quæ causa ludorum fuerit, qui sub dies Carnisprivii ante forum celebrantur: Quæ Saracenorum origo: Divi Marci corpus ex Ægypto Venetias furto est translatum.